



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

30. Pictura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

28.
De ceris.

tream fingeant ex oriza, esto notati tum minus pellucidam tum magis fragilem: ex opposito ceras perpurgant adeo exquisitè, vt eas perducant in excellentiam candoris eximij, nec modo vulgares ex apibus; sed sibi ex vermibus proprias qui in intra Sinus arborum coalescunt. Est & tertium genus, plantarum quatuorundam ex frugibus expressum, sed primis duobus deterius. Textendis in omnes pannorum formas Sericis, & omni colorum & animantium varietate figurandis adeo miri sunt, vt tramam eorum attalicam, Phrygiæ acum manumque existimes, in contrahendis dumtaxat corporibus & situ gestuque donandis, cum artem aliam præter iudicium oculi non sequantur, deformant illorum habitudinem partium mutua, & risum præbent vel mediocriter in eo peritis. Certum quendam colorum subactum pingendo adhibent, olearium ignorant penitus, artemque, quod peius est, picturæ umbris idoneis frequentandæ, ac permiscendorum inter se colorum: suam tamen hanc seu picturam seu magis tincturam eiusque opifices suspiciunt quod ea in arte melius nihil norint. Scalpro illorum videri doctius nihil potest, eatenam interdum, eodem in matmore incidunt longiorem, mobilibus annulis perforatam, & eodem è saxo solidam, patientia haud minus pertinaci quàm mirè solerti, qua scalpendo excellunt: fundunt & statuas etiam colosseas, sed in quibus nihil laudes præter aurum quo illas decorant, cætera ineptas. Monstrat Pro- uincia Honam duodecim statuas suis in basibus, ab annis vt ferunt mille octingentis, cuius opere nescitur, quanto artificio viderint, putant illas Sinenses diuinæ manus, non humanæ opus quod eorum nemo ad earum præstantiam accesserit, fundendo ducendoque ferro nos vincunt, præterquam cannis muralibus quas habent satis rudes, digna tamen ingenij laude si fuere illarum inuectores, vt & sulphurarij pulueris quem singulari peritia, & immensa copia componunt: testatur Matthæus Riccius, quod semel tantum magharum in vrbium duabus, absumi vidit in ignes ludicos quibus variandis peculiari pollent industria, potuisse apud nos triennali bello sufficere, agebanturque tunc noui anni festa initia, quæ sunt lætitiis similibus & sumptibus imperio vniuerso communia. Sinarum Architectonice suos quoque tenet eruditos statosque Canones & leguntur tum apud antiquos illorum auctores; tum reipsa cernuntur in magnis veterum operum monumentis, æmulantibus quidem magnificentia præcæ operas Romanorum, sed multitudine longe vincentibus, dictum haud pridem de pontibus, non sine admiratione, palmare aliud Sinarum opus sunt turrium moles, vel ad mittendam in longa secula, heroum memoriam, qui virtute, licetis, armisque claruerunt; vel ad vrbium ornamentum; vel cuiuspiam simulacri, venerationem, vt duæ ingentes ex marmore altitudine perticatum centum viginti sex quæ templum idoli Pes vtrimque fulciunt: nec tamen confetti cum iis possunt quas publicè vrbes ædificant, velut malorum amuleta, & fatum ciuicæ faustitatis, dum

29.
Textura & phrygion.

30.
Pictura.

31.
Sculptura.

31.
Fusoria.

42.
Architect.

33.
Turribus
admitand.